Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



derunt dominum natum. Iacentem in presepio beata uirgo cuius ubera meru
erunt portare dominum xpm. V. Domine audiui auditum tuum et ti
mui consideraui opera tua et expaui in medio duum animalium. Iace.

Unum uerbum deus pater genuit de se ipso. lc. iii.
per quod omnia creauit ex nichilo. In principio enim
erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum
hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt
et sine ipso factum est nichil. In hoc autem quod per illud uerbum deus pater
omnia fecit ostenditur quod hoc uerbum genuit ipse non fecit.
R. Angelus ad pastores ait annuncio uobis gaudium magnum quod
erit omni populo quia natus est nobis saluator. Qui est xpc dominus in ciuitate
david. V. Inuenietis infantem pannis inuolutum et positum in presepio
Qui est. Lectio quarta.

Illud uerbum deus de deo est. de creatore creatura est. unde hoc
in se naturaliter habet esse quod pater est. Natus est ergo de patre deo
filius deus alter in persona non alius in natura. Semper apud
patrem semper cum patre. Semper apud patrem. semper de patre
Semper in patre. Semper apud patrem. cum quo illi una est
naturalis immensitas semper cum patre. cum quo illi est naturalis
eternitas. R. Sancta et inmaculata uirginitas quibus te lau
dibus efferam nescio quia quem celi capere non poterant tuo gremio
contulisti. V. Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus
uentris tui. Quia quem. In ii. nl. ant. Verbum caro
factum est alleluia. et habitauit in nobis alleluia. ant. Virgo uerbo concepit uir
go ~~[struck]~~ permansit uirgo peperit regem omnium regum. ant. Beatus
uenter qui te portauit xpe et beata ubera que te lactauerunt dominum et sal
uatorem mundi. alleluia. V. Verbum caro factum est. lc. v.

Natus est filius de patre de quo illi est naturaliter eterna
natiuitas. Semper in patre cum quo illi est una na